

DECRETA LIBERII

PAPAE.

¶ Ex libro pontificali Damasi papæ.

als, cōgregās
sacerdotes cū
concilio suo
Liberius
als, p̄bros

als, vnā cōmū
cōmmonē

alias, septem.

alias, septem

Liberius natione Romanus, ex patre Augusto, sedit annis sex, mensibus tribus, diebus quatuor. Fuit autem temporibus Constantij filij Constantini vsque ad Constantium Augustum. viij. Hic Constantio deportatur in exilium, eo quod noluisse hæresi Arriane consentire. Et fuit in exilio annos tres. Et congregantes sacerdotes concilium, ordinauerunt in locum eius episcopus Copum Felicem presbyterum venerabilem virum. Et fecit concilium Felix, & inuenit duos episcopos, consentientes Constantio Augusto Arriano, nomine Ursatium & Valentem, & damnauit eos in concilio quadraginta octo episcoporum. Post paucos autem dies, zelo ducti. Ursatius & Valens, rogauerunt Constantium Augustum, vt reuocaret Liberium de exilio, vt vna tantum communione participaret, extra secundum baptismum: Tunc missa autoritate per Catulinum agentem in rebus, simul & Ursatius, & Valens, venerunt ad Liberium. Qui Liberius cōsensit præceptis Augusti, Tunc reuocauerunt Liberium de exilio. Rediens autem Liberius de exilio, habitauit in cœmeterio sanctæ Agnetis apud Germanam Constantij Augusti, vt quasi per eius interuentionem, aut rogatum, rediret Liberius in ciuitatem. Tunc Constantia Augusta, quæ fidelis erat domino Iesu Christo, noluit rogare Constantium Augustum Germanum suum, quia senserat consilium. Eodem tempore Constantius Imperator, vna cum Ursatio & Valente, conuocauerunt alios, qui ex sece Arriana erant, & quasi facto concilio, misit & reuocauit Liberium de cœmeterio beatæ Agnetis, vbi federat. Et ingressus Romam in ipsa hora Constantius Augustus, fecit concilium cum hæreticis, simul etiam cum Ursatio, & Valente, & eiecit Felicem de episcopatu, qui erat catholicus, & reuocauit Liberium. Ab eodem die fuit persecutio maxima in clero, ita vt intra ecclesiam presbyterij, & clerici plures necarentur, & martyrio coronarentur. Qui Felix, depositus de episcopatu, habitauit in prædiolo suo via Portuensi, vbi & requieuit in pace quarto Kalendas Augusti. Ingressus Liberius in urbem Romam, quarto nonas Augusti, eos sensit Constantio hæretico, non tamen rebaptizatus est, sed sensum præbuit. Et tenuit basilicas beati Petri, & beati Pauli, & basilicam Constantianam annis sex. Et persecutio magna fuit in vrbe Roma, ita vt clerici, & sacerdotes, neque in ecclesiam, neque in balnea haberent introitum. Hic Liberius ornauit de Platonis marmoreis sepulchrum sanctæ Agnetis martyris. Omnes itaque anni Felicis in eius ordinem dinumerantur. Hic fecit basilicam nomini suo iuxta macellum Libiæ. Hic fecit ordinationes duas in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros octodecim, diacones quinque, episcopos per diuersa loca .xix. Qui sepultus est via Salaria in cœmeterio Priscillæ, quinto idus Septembris, alias .viij. Kalendas Maij. Et cessauit episcopatus dies sex.

Præterea Marianus Scotus, Liberij papæ annos conscribens anno Constantij filij Constantini magni. xiiij. ad euangelij veritatem. cclxxv. secundum Dionysij cyclum. cccxliij. Constantio, atque Constante consulibus breuiter ita scribit. Liberius tricesimus quartus papa post Petrum, sedit annis. xix. anno .iiij. Imperij Valentiniani. Idem iteꝝ de eodem anno dicti Imperatoris. xix. ad veritate euangelij. cclxx. secundum Dionysij cyclum. cccxviij. Liberius papa Romæ, ecclesie in exiliū mittitur Cōstantio & Iuliano cōsulis. Quo in exiliū ob fidē truso, oēs clerici irauerūt, qd nullū alium suscipereēt. Veg. quā Felix ab Arrianis fuisse in sacerdotiū substitutus, plurimi peierauerunt, & post annū cum Felice eiecit sunt, quia Liberius tædio victus exilij, in hæretica